

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Disptatio XXXVI. De exercitio divinæ libertatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

*Quidam  
Virtutem,  
quā Deus  
res singulae  
juxta natu-  
ra sua exi-  
gentiam ad-  
ministrat,  
vocant Ju-  
stitiam lega-  
tem.*

VIII.  
*Datur in  
Deo Iustitia  
vindicativa  
sed à gu-  
vernativa  
indistincta.*  
Ad tertium quod attinet, detur nēcne in Deo Iustitia vindicativa: Certum in primis est, dari in Deo affectū vindictæ; est siquidem in eo voluntas puniendi peccata, quod est velle vindictam de hominibus ob malefacta sumere, punitio enim est vindicta. Existimo tamen Iustitiam hanc vindicativam non esse aliam à Iustitia gubernativâ, seu providentiali, numero precedente explicata; recta enim ratio, & prudens administratio Universi postulat, ut peccata puniantur, & ut qui eratatem hic in sceleribus & flagitiis egerunt, alibi plectantur, & vita improba ac nefaria meritas aliquando dent pœnas.

IX.  
*Deus ex Ju-  
stitia stricta  
dat corona  
gloris, punit  
ex provi-  
dentiali.*  
Et si quis inferat, ergo & ex justitia gubernativâ seu providentiali Deus dat gloriam beatis, cùm non minus recta ratio, justique regiminis ordo posulet, ut bonis dentur pœnia, quā ut malis pœna infliguntur. Respondet, ita est, sicque si non esset promissio, pœnia in cœlo ex eadem gubernativâ Iustitia darentur: jam vero cum præter opera sit promissio, & pœnam, oritur in homine ius triplex, ut hujus decursu Disputationis ostendetur.

sum est, adeoque ut illi satisfiat, datur in Deo Iustitia rigorosa & commutativa, qua, non ex decentia tantum, & connaturalitate, sed omnino strictè tenetur conferre præmium & mercedem, ut in superioribus est declaratum.

X.  
Quoad quartum: Utrum nimirum sit in Deo Misericordia: Respondeatur, certum omnino esse, hanc in Deo virtutem reperi: nulla enim Deo dignior virtus, nulla ei frequentius in Scriptura attributa: hanc denique tanquam Dei propriam ubique prædicat Ecclesia. Ex his ergo conficitur, Misericordiam, non impropriè tantum, & metaphorice, sed propriè & perfectissime in Deo existere; scelus tamen imperfectionibus, cum quibus in hominibus ut plurimum conjuncta invenitur. Hominibus siquidem plerumque usu venire solet, ut dum misericordiam exercent, interno quodam mero, & animi tristitia tangantur, unde misericors & supra dixi tantumdem sonat, ac habens misericordiam, quæ in Deum summè felicem ac beatum cadere nullo modo possunt: haec tamen imperfectiones non sunt de conceptu misericordia ut sic, cuius ratio in eo sita est, ut quis habeat voluntatem sublevandi miseriari, seu ut eliciat actum, quo vult egredi succurrere, ac bonum quo caret, & cuius defectus incommodum ei parit, conferre, vel id cuius praesentia molestiam illi affert, amovere: Hoc autem Deum nullo pacto dedecet, immo maximè decet, utpote cuius Misericordia est super omnia opera ejus.

## DISPUTATIO XXXVI.

*De exercitio divina libertatis.*

INGREDIMVR Oceanum, difficultatem scilicet Mysterio Trinitatis vel superiorem, ut multi putant, vel ut omnes fatentur, parem, quæque tot jam annis, ne dicam etatibus, ita doctissimorum etiam hominum torfit ingenia, ut viam qua se expedirent, omnino non invenerint, sed quo se cunque verterent, in alios semper & alios, eosque inextricabiles nodos incurrerint, innumerisque implexi baserint labyrinthis. Ea nimirum est materia hujus sublimitas, ut ad eam caliget humanæ mentis oculus, omnisque creatus intellectus se illius incapacem agnoscat. Quamvis ergo hac de re, talis cum sit ac tanta, silere satius foret, utpote quam nullus cogitatione assequi, nedum verbis declarare possit; ut tamen mori à Theologis inducto morem geram, meos etiam qualescumque conatus, pro eo quod mihi incumbit munere adjungam.

### SECTIO PRIMA.

Ostenditur Deum esse liberum.

I.  
*Deus in ope-  
rando ad ex-  
trahere est per-  
fettiissimè  
liber.*



Eum in rerum productione à necessitate immuncum esse, indubitatum est, ut contra Aristotalem, quem in hoc errore fuisse testatur Henricus, Scotus, Ferrara lib. 3, contra Gen, cap. 23, & Bellarm. lib. de Gratia & libero arbitrio, cap. 15, communis tenet Patrum ac

Theologorum consensus: & fides docet, testante Apostolo 1. ad Corinthios 12. v. II. Hac autem omnia operatur unus arque idem spiritus, dividens singulis prout vult. Ad Ephesios etiam 1. v. II. In quo etiam & nos sorte vocati sumus, predestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sua. Consilium autem non est nisi de contingentibus, quæque ita fiunt, ut penes facientem sit ea non efficere. Deinde Deum oramus, imploramus, arguiam, effigiam, utpote imploratio arguimus, effigiam, utpote liberam.

rium; si enim, quæ ex necessitate naturæ operantur, nullæ aguntur gratiæ, nec corum auxiliū imploratur.

**II.** Ratio denique est, quām optimē declarat S. Thomas hūc, q. 19. a. 3. Corpore: Quamvis enim Deus amet necessariō bonitatem suān, ut pote quā, infinita cūm sit, omnemque in se perfectionem complectens, ejus in se voluntatem rapiat: in rebus tamen creatis nihil est quod eum ad illarum amorem necessitatē, cūm ex unā parte carum bonitas finita sit & limitata, ex alia vero ad Deī felicitatem nullo modo sint necessaria: Deus quippe à rebus creatis plāne est independens, quod & in se evidens est, & testatur Scriptura, dicente Psalmitā, *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*. Quamvis ergo amet se Deus tanquam finem, ex vi tamen hujus amoris non necessitatē ad amandum aut volendum nisi illa media, quāz ad hunc finem sunt necessaria, quale nihil est creatūm, cum Deus ab intrinseco felix sit & beatus, nullōque indiget extrinseco, ut ostensum est.

**III.** Dices : Deus habet infinitam inclinationem ad se communicandum creaturis, ergo in hoc nulla est in eo libertas, aut indifferenta; quod enim major inclinatio, et libertas minor; ergo ubi inclinatio infinita, nulla libertas. Respondetur inclinationem, sive innatam, quae est cujusque rei entitas, sive elicitam, quae vel est actus voluntatis quo quis in rem aliquam fertur, vel operatio intellectus proponens bonitatem objecti : Respondetur, inquam, utramque hanc inclinationem, vel materialiter sumi posse, vel formaliter. Habet exempli gratia ignis inclinationem ad suam sphærā, habet Angelus inclinationem ad eandem: inclinatio Angeli in hoc casu est materialiter perfectior, inclinatio ignis perfectior formaliter, utpote qui ad suam perfectionem naturalem indiget praesentiā in sua sphærā, tanquam re sibi necessariā cū tamē presentiā in illo loco non indigeat Angelus.

**IV.** Ad argumentum itaque dico inclinationem, quam Deus habet ad communicandum se ad extra, esse solum materialiter infinitam, quia scilicet est ipsa entitas Dei, non tamen est infinita formaliter, cum Deus nullus re creatus indiget, ut dictum est. Quia de causa major aliquo modo dici potest formaliter inclinatio ignis ad calorem, vel suam spharam, quam Dei ad operandum ad extra. Imo posito hoc rerum statu, majorem inclinationem formaliter habet Deus, ut concursum indifferentem det hominibus, indemnemque servet eorum libertatem, & penas male, praemia bene operantibus decernat, quam ut se natura humana hypostaticè uniat: primum siquidem exigitur aliquo modo ab ipso, non secundum; debita autem preferri debent gratuitis, & iustitiae liberalitatib: neutrum tamen facit Deus necessariò, quia absolute carere potest utroque.

**V.** Hæc ergo Dei ad creaturas inclinatio est entitativè infinita, & respectu omnium æqualis, inò eadem, cum sit realiter & entitativè Deus. Sicut etiam displicentia respectu levissimi peccati venialis, & cuiuscunq[ue] mortalis, est entitativè infinita & æqualis; nullus tamen dicet Deum esse infinitè offendum homini justo, ob leve aliquod peccatum admissum; illa quippe infinitudo non est formaliter ratione objecti, sed materialiter ratione subiecti infiniti, & invenientur in aliis.

**VI.** *Magis trahit infinita bonitas in-jecti infiniti, quicum identificatur.*  
Ad ulteriorem verò hujus rei declarationem no-tandum, magis trahere infinitam bonitatem, seu objectum infinitum finite cognitum cognitione in-

tuitivâ, quâm finitam bonitatem cognitam infinitè: perfectior siquidem cognitio non addit valorem objecto, sed perfectissimè folum illud repräsentat, facitque cognoscentem scire, habere id bonitatem tantum finitam, ac vim imperfictam trahendi voluntatem, & consequenter non esse dignum quod ametur infinitè. Sed de hoc, Deo dante, fùlìus alibi, maxime tertia parte, dum de necessitate Incarnationis.

Hac itaque veritate, Deum scilicet esse liberum, nihil certius. Debravit ergo Petrus Abailardus, Wiclefus, Lutherus, & alii ejusdem farinæ homines, qui Deum facere non posse dicebant, nisi ea quæ fecit: deliravit Bucerus affirmans Deum, quicquid facit, necessariò facere, nec alter facere posse. Concludo itaque cum Theologis, inò Orthodoxyis omnibus, Deum verè ac propriè esse liberi arbitrii, nullaque in operationibus ad extra teneri necessitate.

Sicut ergo certissimum est, Deum esse in operando ad extra liberum, ita quo hæc ejus libertas explicitur modo, explicatu est difficillimum. Quia in re, ut affirmant omnes, haud à grè quis aliorum dicta, procedendì vias impugnaverit, commodam tamen rem hanc explicandi rationem invenire, haud ita est in promptu. Unde Suarez Disp. 30. Metaph. sect. 9. num. 35. omnibus, quæ ad rem hanc afferri solent, latè discussis, tandem his verbis concludit: *Quapropter non vereor confiteri, nihil me inventire, quod mibi satisfaciat.* Vafquez etiam hic Disp. 80. cap. 1. num. 1. de divina libertate ait, *quid non sit, sed quid non sit, humana mente capi posse.* Et cap. 2. num. 12. addit: *Nodus hic, mea sententia, insolubilis est pro hoc statu vite.* Molina item i. p. q. 1. 4. a. 15. fine: *Quid vero, inquit, hoc sit in actu voluntatis, aut scientia divina, libenter ab aliis discere vellem: forte id de numero eorum est, que ab humana mente in hac vita comprehendunt non possunt, in patria tamen perfectè videbantur. Et quid quis est doctior, cō se hac in parte magis inscius agnoscat.*

Quare non puderit cum sapientibus viris meam IX.  
quoque hac in re ignorantiam fateri: quædam ni- *Pulchrum*  
hilominus circa hoc mysterium, discendi magis, *S Augustini*  
quām docendi studio proponam. Illud verò *effatum,*  
*S. Augustini Epist. 3. ad Volusianum habendum* *sempor in*  
semper præ oculis, ubi de Deo loquens sic habet: *bac materia*  
*Hic si ratio queritur, non erit mirabile; si exemplum habendum.*  
positur, non erit singulare: demus Deum aliquid posse,  
quod nos fateamur investigare non posse: in talibus re-  
bus tota ratio facti est potentia faciens. Hec ille,

## SECTIO SECUNDA.

*Proponitur sententia Cajetani circa  
constitutionem actus liberi Dei.*

**D**eus de facto ab aeterno liberè voluit creare mundum, ergo ab aeterno actum habuit vitalem & liberum, per quem illum voluit creare, quo tamen actu carere potuit, cum potuerit non omnino velle mundum creare. Quærimus ergo quid voluntati seu entitati Dei necessariae addat hæc mundi volitio, vel quid minus habuisset Deus, si non de-crevisset creare mundum: cum enim actus hic sit liber, potuisset in Deo non esse.

Omitto hic Conradum Worstium Hereticum, qui teste Beccano in Manuali, lib. 3. cap. 1. docebat actus, seu decreta Dei libera non esse ipsam Dei substantiam, sed accidentia ei superaddita, & in Deo recepta: qua etiam siebat non esse aeterna, & libera error.

VII.

### VIII.

IX.

L.

II.

Pronunciatur Deo in dignissimis. sed Deum, quantumvis in essentiā sit immutabilis, in voluntate tamen esse mutabilem. Hec, inquam, omitto, suprā enim ex Scripturā, Patribus, & Theologis ostendi Deum, omnino simplicem esse & immutabilem, quod tamen duplex Dei attributum indigno hoc pronuntiato hic auctor destruit, summaque ejus perfectioni non parum derogat.

III. Cajetani circa constitutionem actus liberis Dei sententia. Prima itaque sententia est Cajetani, qui i. p. q. 19. a. 2. & 3. & 3. p. q. 1. a. 1. ait rem illam, seu perfectionem, aut formalitatem, quae Deo tribuit denominationem volentis liberè, esse ejusmodi, ut licet, postquam in Deo est, non possit ab eo separari, sed in aeternum in eo durare debeat, simpliciter tamen potuerit in eo ab aeterno non esse. Hanc sententiam licet P. Fonseca 3. to. Metaphys. lib. 7. cap. 8. q. 5. sect. 3. audaciorem appellat, & parum tutam, acertrimēque in eam invehatur, postea tamen in illam relabi videtur, nec nisi in solo loquendi modo ab ea disperpet. Eandem tenet Salas 1. 2. tract. 3. disp. 1. sect. 8. §. 7. Aegidius Praesertatus to. 1. de Beat. lib. 5. q. 21. a. 2. Eadem sententia, ut testatur Granado hic tract. 3. Disp. 5. sect. 1. num. 2. subscrubunt docti recentiores. P. Suarez etiam to. 2. Metaph. disp. 30. sect. 9. num. 11. ait, si meram naturalem rationem spectemus, hanc Cajetani sententiam verisimilem esse & probabilem, nisi ex fide rejiceretur. P. Arriaga hic, Disp. 28. sect. 5. num. 91. afferit eam ex Scripturā & Conciliis non facilē impugnari: deinde, cum ea qua contrā illam objici solent, solvitur, aliud ex ejus impugnationem subjungit, quod fortasse minus urget, quam illa, que ut minus ad illam refellendam efficacia rejicit.

IV. Hac tamen Cajetani sententia nullo modo est admittenda: Quare & ipsi Thomistae acerrimè in eam invehuntur, maximè Ferrara 1. contrā Gentes, cap. 75. Banne & Zumel hic, q. 19. a. 2. & alii. Unde Tannerius i. p. Disp. 2. q. 10. dub. 4. num. 10. ait hanc sententiam ab omnibus communiter rejici, tanquam absurdam, male sonantem, & parum tutam in fide. Tandem de hac Cajetani opinione sic more suo scribit Alarcon tract. 3. d. 4. cap. 4. num. 2. Hac sententia, inquit, ab omnibus fere Autoribus eo fastidio rejicitur, ut nonnihil Catholicis naribus fietere videatur. Hac ille.

V. Contrā ergo hanc Cajetani sententiam est primò: ex hac enim opinione sequitur esse jam aliquam realitatem, quae de facto est Deus, quae tamen potuerit realiter non esse Deus: & è contrā est aliqua, imò infinita realitates possibiles, quae de facto nec sunt Deus, nec omnino sunt, & tamen potuerint esse Deus: ex quo sequitur Deum non esse in existendo ens utqueque & summè necessarium. Secundò: hic accessus alicuius realitatis, quae potuerit non esse in Deo multum detrahit perfectissima Dei simplicitati, & quoad hoc à sententia Worstii suprā num. 2. impugnatā nihil videtur differre.

VI. Tertiò: licet aliqua fortassis prædicta contradictoria admittenda poscent in Deo, nullo tamen modo admittenda illa sunt in ordine ad identificari realiter & non identificari: si enim licet res in duobus locis vel temporibus constituta, varia recipere queat prædicata contradictoria, ut hī realiter moveri, illic non moveri; hī esse possit alba, calida &c. ibi non esse, & sic de ceteris: non tamen potest non esse secum in utroque loco ac tempore realiter identificata. At verò hi Autores ponunt aliquid in Deo jam realiter cum eo, identificatum, have scilicet actus liberi realitatem, quam

tamen dicunt potuisse non esse realiter cum eo identificatam, nec omnino in Deo fuisse. Sicut etiam aiunt actum liberum, quo Deus potuerit velle alium mundum, vel Incarnationem Patris a Spiritu Sancti &c. potuisse ab aeterno fuisse realiter identificatum cum Deo, qui tamen iam non est realiter cum eo identificatus.

Quartò: si actus ille, seu realitas sit libera in existendo, ut docet hæc sententia, sequeretur eam esse creaturam; inde enim Ariani sufficienter probare se existimabant Filium in divinis esse creaturam, si ostendissent eum esse in existendo liberum: quam etiam consequentiam Patres & Concilia putabant esse validam, quare necessariò negandum putabant antecedens, ut constat ex Concilio Tolentano undecimo: ergo actus liber in Deo, quod id quod addit supra voluntatem ejus necessariam, erit secundum hanc sententiam creatura: sicut de facto, in cādem sententiā, actus liber, quo potuerit Deus velle alium mundum, qui actus juxta illos Autores jam realiter non existit, non est Deus, & habet conceptum creaturæ. Ex quibus sequitur hanc Cajetani sententiam à nemine admitti posse.

### SECTIO TERTIA.

#### Duae aliae opiniones circa actum liberum Dei.

A LII itaque ut has difficultates in hac materia evident, afferunt actum liberum Dei supra entitatem ejus necessariam addere solummodo respectum rationis: ita Capreolus in 1. distinç. 45. liberum Dei Ferrara, Zumel, & alii ex Thomistis. Sed contra, solum si enim per respectum rationis intelligentiam actum refectionis nostri intellectus, per quem intelligimus Deumliberè volentem, certum est hunc actum non ingredi conceptum Dei volentis, cum volitionem Dei habeat pro objecto, se autem pro objecto non habet. Deinde potuit Deus liberè nolle creaturam ullam producere, saltem intellectualem; ergo ille actus liber constitui nequit per actum intellectus creti.

Hoc etiam probat, non posse actum liberum Dei constitui per ens rationis objectivè, seu per quid factum; præterquam quod hoc per se parum videatur probabile. Si autem per respectum rationis intelligentiam fundamentum in Deo hujus nostri actus vel conceptus, hoc fundamentum quid sit inquirimus, & quid voluntati Dei necessariæ superaddat.

Tertia hac in re sententia eorum est, qui voluntatem Dei liberam in virtutis quadam determinatione constitutum, quā scilicet Deus ad hanc potius actionem externam determinat, quam ad aliam. Sicut enim, inquit, in nobis antecedenter ad productionem hujus actus amoris, potius quam alterius, intelligitur virtualis quadam determinatio, per quam ad illum elicendum determinamus, ita contingere afferunt in Deo respectu operacionis ad extra: hac vero determinatione positâ, nil opus est aiunt alio actu interno, cum per hanc sufficienter determinetur Deus ad operandum ad extra, & rem quamvis producendam: ita Albertinus tom. 1. q. 2. Theologicā in secundum corollarium Philosophicum: Salafar in defensione Conceptionis, capite 24. à numero 44. & alii nonnulli.

Sed

IV.  
Ratiocinus  
hic modus  
explicandi  
utrum libe-  
rum Dei per  
virtualē  
determina-  
tionem.

Sed ut omniam, ne quidem in voluntate creatā dari huiuscmodi determinationem virtualē antecederet ad operationem voluntatis, tolleret quippe libertatem: hoc, inquam, ut omniam, nihil omnino hæc philosophandi ratio minuit præsentem difficultatem, quæ cadem procedit de hac determinatione virtualē liberā; potuit siquidem in Deo non esse. De illa ergo eodem modo querimus, quid voluntati Dei necessaria superaddat, quomodo ab aeterno in Deo fuerit, cum potuerit non esse: & alia id genus. Per hanc itaque virtualē determinationem non solvitur præfens nodus, sed novus potius necatur, isque solutu forte difficiolor.

V.  
Viterius  
offenditur  
virtualē  
determina-  
tionem non  
facere ad  
actus liberis  
Dei decla-  
rationem.

Deinde in hac sententiā, esto Deus liberē ageret ad extra, non tamen liberē velle creaturem, cūm non habeat liberam tendentiam intrinsecam & vitalē respectū illarum. Sicut si voluntas creata liberē aliquid ageret ad extra, non propter liberē velle; velle enim est motus intrinsecus vitalis, & intentionis tendentia, quæ hinc non reperiatur. Unde sicut si immediate aliquid ad extra produceret necessariō, non propter diceretur illud velle necessariō, ita nec diceretur velle liberē, si immediate ad extra aliquid produceret liberē. Quod si hi auctores per virtualē hanc determinationem, intelligant actum, quo Deus liberē vult producere creaturem ad extra, incident in opinionem P. Suarez, postea explicandam.

## SECTIO QUARTA.

### *An actus liber Dei constituatur partim per aliquid extrinsecum.*

I.  
Sententia  
afferens a-  
ctum Dei li-  
berum con-  
stitui par-  
tum per con-  
notatum ex-  
trinsecum.

QUARTA, eaque celebris hodie in scholis sententia est, actum Dei liberum, esse ap- fain entitatem Dei, seu voluntatem ejus necessaria in recto, & in obliquo importare connotatum aliquod Deo extrinsecum, per quod actus ille constitutatur: ita Vasquez i. p. Disp. 80. c. 2. Erice hic, Disp. 16. & 17. Granado i. p. tract. 3. Disp. 5. sect. 3. Arrubal hic, d. 54. Molina i. p. q. 19. a. 2. d. 2. Alarcon hic tract. 3. d. 4 cap. 8. num. 3. & alii: quam etiam sententiam valde illustravit P. Vekenus hic, Disp. 22. meliori causā dignus.

II.  
Impugnatur  
primo, nam  
Deus nullā  
facta muta-  
tione ad ex-  
tra, habere  
potest diver-  
sus volitu-  
nes liberae.

Hac sententia mihi nunquam placuit, sed plurimas, easque gravissimas semper visa est in se habere difficultates. Impugnatur itaque primo: nullā enim facta ad extra mutatione, habere potest Deus diversas voluntates, & decreta libera: exempli gratiā, unum actum habere potest, quo vult Incarnationem Verbi divini, & aliud quo vult nostram salutem, tertium denique, quem & de facto habuit, quo vult Incarnationem propter nostram salutem, sed in primis duobus actibus nihil est diversum à tertio ex parte objecti, ergo statibus omnibus extrinsecis iisdem, potest Deus habere diversos actus liberos, ergo varietas actuum liberorum in Deo non defumitur à connatis extrinsecis, ergo diversitas hæc est purè intrinseca, & provenit ex diversa virtuali habitudine, & modo tendendi.

III.  
Non videtur  
negare posse,  
esse in pot-  
estate Dei re-  
cande ob di-  
versos fines,  
& motivis  
velle.

Major, licet negari videatur à Vasquez, per se tamen videtur manifesta: quæ enim, nisi petatur principia, in hoc implicantia? Deinde, nulla est imperfectio, sed maxima potius perfectio posse hoc modo velle hæc objecta; in homine si-

R.P. Comptoni Theol. Schol. Tom. I.

quidem & Angelo arguit perfectionem, posse nunc ex hoc, nunc illo fine, aut motivo aliquid velle, nunc velle illud absolute propter ipsum: quo ergo fundamento maiorem quis Angelo vel homini in agendo varietatem tribuerit, quam Deo?

Dices, in tertio illo actu esse aliquid, quod non est in objecto duorum praecedentium, aliquid, inquit, non absolutum, sed conditionatum; fa-

Dicunt now-  
nullis effici-  
inquiri, non  
absolutum, sed  
conditionatum;  
quid condi-  
tionatum in  
uno actu,  
quod non est  
malum.

lus enim nostra est conditio ut Deus velit Incarnationem, nisi enim esset nostra salus, Deus eam non yellet. Contrà primò: conditio illa, quam esse volunt hi auctores in tertio actu, nihil aliud est ex parte objecti, nisi nostra salus, hæc autem est objectum unius ex praecedentibus actibus, potest enim Deus, ut dixi, per unum actum velle Incarnationem, per alium velle nostram salutem, ac demum per tertium velle Incarnationem propter salutem. In duobus ergo primis actibus vult Deus Incarnationem & salutem, in tertio illam vult propter salutem, ergo huc actus ex solo modo tendendi est ab illis diversus, ly enim propter tenet sc ex parte actus; nec Incarnatio ex natura rei connectitur cum nostrâ salute, sicut folium cum luce, aut ignis cum calore, sed merè per voluntatem Dei, illam ex sua benignitate ad hanc ordinantis. Que clarius constabunt, si ponamus Deum unico actu velle duo objecta disparata, alio vero actu unum velle propter aliud. Quod argumentum de quibuscumque objectis disparatis fieri potest, quæ Deus vel disparatè velle fieri potest, potest, vel unum propter aliud.

Contrà secundò: nam etiam juxta hujus sententia auctores, Deus variis modis amare potest creaturem liberē, nempe propter seipsum, propter ipsas, unam propter aliam &c. quid ergo diversum est ex parte objecti, quando vult creaturam aliquam, Angelum exempli gratiā propter seipsum, & propter ipsum Angelum, seu amore concupientiā & benevolentia, aut si duas tantummodo creaturem produceret, si unam vellet propter aliam, non ē contrā.

Respondent aliqui, in his & huiusmodi casibus, quando scilicet duo objecta in se disparata, Petrum scilicet & Paulum, Deus vult non disparatè, sed unum objectum propter aliud, non ē contrā: respondent, inquam, illam Dei volitatem, aliquid aliud connotare, nempe quod Deus hoc alicui revelet, sicutque, inquit, est novum objectum. Contrà primò: quando Deus duo illa objecta vult disparate, non est opus ejusmodi revelatione, ergo nec quando illa vult subordinatè, seu unum propter aliud. Contrà secundò: aliud est velle unum propter aliud, aliud hoc alicui revelare, & ad hoc opus est novâ voluntate, nec quicquid Deus vult, aut facit tenetur illud cuiquam revelare.

Contrà tertio: Revelatio hæc non potest ingredi constitutionem hujus actus liberi, revelat enim Deus se velle unum propter aliud, Petrum exempli gratiā creare propter Paulum, sicut res irrationales vult propter rationales; ergo revelatio supponit actum illum liberum, nam supponit illius prævisionem, nihil enim revelat Deus, cuius non habeat certam scientiam. Deinde, si revelatio sit aliquid intrinsecè constitutus hunc actum, ergo ingredi debet tanquam objectum revelationis, quod tamen non facit, cum non reflectat supra se, nec se habeat pro objecto.

Contra quartò: Ponamus decrevisse Deum per fieri istiusmodi reuelatio-

Dam Dei  
unum vult  
propter a-  
liud, pro-  
pter senes  
sex parte  
naturae.

Hoc argu-  
mentum de  
quibuscumque  
objectis  
disparatis  
fieri potest.

Deus easde  
creaturas  
amare va-  
riis modis  
potest.

Aliquis in his  
casibus re-  
velationem  
affirmat  
pro novo  
objecto.

Ostendit  
predicantem  
revelationes  
non posse in-  
gredi confi-  
tutionem  
hujus actus  
liberi.

Negat fer-  
mari, si re-  
velatio.

R. nales;

nales, & unam propter aliam: in hoc casu nulla esse posset revelatio, diversus nihilominus foret actus, quo unam ex hisce creaturis vellet propter aliam, & quo utramque vellet disparate, & independenter à se invicem. Nihil ergo ad horum actuum distinctionem facit revelatio.

## SECTIO QUINTA.

*Peculiaris modus, quo nonnulli defendunt actum liberum Dei constitui per aliquid extrinsecum.*

I.  
*Adhuc liberorum diversitatem refundunt aliqui in diversis actionibus.*

**P**ATER Arrubal l. p. Disp. 58. & P. Herice hic, Disp. 17. cap. 2. totam hanc diversitatem refundi debere aint in diversas actiones, per quas res singulae producuntur: unde quandocunque Deus unum vult propter aliud, aut rem eandem ob diversum finem, vel motivum, semper inquunt variatur actio, per quam res est producenda, ita ut hoc nomine relueat diversitas in actione, & non solum ex diversitate agentis vel termini.

II.  
*Incredibile est solam diversitatem intentionis, tantam facere in aliis actionibus varietatem.*

Contra primò: Nam praterquam quod incredibile videatur, muscam, vel rem aliam quamcumque naturalem, esse tot, immo infinitis diversis actionibus ab eodem agente (Deo) producibilem, merè ob diversam intentionem, quam habere potest circa fines diversos, aut motiva, ita ut actio qua res naturalis producitur, sit supernaturalis, si Deus rem illam producere velit ob finem supernaturalem, naturalis si ob finem naturalem. Item quod pluvia, unā actione producatur, si merè ex causis naturalibus, nullius rogatu aut orationibus contingat, alia si ob hujus vel illius preces accidat, unā si Deus ad secundan-dam, alia si ad submergendam terram, alia denique si ad hunc vel illum pium motum in hominum mentibus excitandum, illam producat: & alia hujusmodi infinita.

III.  
*Diversitas actionum nullo modo facit ad difficultatem circa actum Dei liberum solutionem.*

Praterquam ergo quod hoc admodum sit difficile, immo incredibile, manet nihilominus tota difficultas, ad cuius solutionem hic procedendi modus est excogitus: dicunt namque hi autores actiones halice sumere suam specificationem ab intentione, sicut communis sententia eas dicit illam sumere ab agente & termino: sicut ergo ut actio hanc diversitatem & specificationem sumat ab agente & termino, distingui debent ab actione, & eadem in iis relucere diversitas, quæ reluet in actione, ita in praesenti, si actio specificationem & diversitatem sumat ab intentione, dari debent variae intentiones à se invicem distinctæ, quas actiones istæ respiciant, & per ordinem ad quas specificationem suam, & diversitatem accipiunt: sed ha intentiones sunt actus liberi, ergo dantur variae intentiones & actus liberi distincti ab actionibus.

IV.  
*Quidam heterogeneitatem voluntatis, in Deo constitutam, à quibus actiones distinguuntur.*

Illa ergo intentiones, ut distinctæ ab actionibus, & per quarum varietatem variatur actio, querimus quid sint, & quomodo nunc sint in Deo, cùm potuerint in eo non esse. Unde P. Herice citatus, num. 19. vi difficultatis coactus, varias tandem in Deo voluntates statuere videtur, tanquam principia formalia harum actionum, & quandam in eo quasi heterogeneitatem, vel formalem vel virtualem. Quando ergo, inquit, aliquid ob hunc finem intendit, prodit in exercitu principium formale hujus actionis, ceteris, ut

ait, in quadam otio remanentibus: & sic de aliis.

Contra secundò: Potest Deus unam aliquam actionem particularē, nunc ex hoc fine & motivo velle, nunc ex alio; quis enim hoc Deo negaverit, nisi petendo principium, maximè cùm id possit Angelus: ibi ergo diversitas voluntatis constituit nequit per actionem.

Contra tertio: Potest Deus rem aliquam ex hoc vel illo motivo nolle, immo etiam nolle ullam omnino rem producere; nolitio autem non est minus actus liber, quam volitio: in hoc ergo causa actus liber non constitueretur per actionem, cùm nulla hic foret actio. Respondebat Herice Disp. 17. cap. 2. num. 21. in his casibus eandem esse debere in negationibus varietatem, quæ est in actionibus, ita ut nolle rem aliquam ex hoc fine vel motivo, diversam arguat negationem, quæ peculiariter finem illum aut motivum respiciat. Sed hic difficultates omnes supra posita recurrent; immo tales ponere in negationibus connotaciones, longè magis mirum videtur, quam eas ponere in actionibus. Plura hac de re sequente, præsertim numero tertio.

## SECTIO SEXTA.

*Alici impugnationes sententiae actum Dei liberum statuens partim in aliquo extrinseco.*

**I**M PUGNATUR ulterius sententia, actum Dei liberum statuens partim in aliquo extrinseco. Effectus omnis creatus, liberè est à Deo volitus, dari ergo debet aliquid antecedens, per quod denominetur liberè volitus, dependenter scilicet à volitione aliquâ libera, à quâ denominationem illam accipiat, ergo antecedenter ad futuritionem rei est aliquid liberum, quod hunc ei effectum formalem extrinsecum tribuat. Confirmatur: decretum Dei ut liberum est causa rerum, & ad illud positum sequitur creaturam quamcumque esse futuram, nec dici potest Deus volens formaliter aut decernens per aliquid extrinsecum, tum quia hoc non est vitale, nec volitio, ut postea latius, tum quia, ut dixi, est in posteriori signo ad decretem, seu voluntatem Dei liberam, quæ rei illi est causa futuritionis. Quod etiam argumentum probat de actione.

Dices: voluntas nostra non se determinat ad volendum antecedenter ad actionem, seu volitionem, sed formaliter per ipsam, aliqui dabunt processus in infinitum, ergo etiam divina voluntas determinari similiter potest ad volendum per actionem creatam. Negatur tamen consequentia: tum quia voluntas nostra non est causa operationis sua ut volens, sicut divina ut volens est causa omnis rei creata: tum quia actio produtiva ad extra, ignis exempli gratia vel aquæ, non est volitio, sicut est actus voluntatis creata, ergo hic voluntati creatae tribuere potest denominationem voluntis, non tamen illa voluntati increatae.

Tandem, contrà sententiam sectione præcedente positam, quæ asserit actiones physicas specificari ab intentione agentis, eamque essentialiter respicere, & ab illâ sumere diversitatem: contrà hoc, inquam, est; sequeretur namque Angelos, quos Deus creavit cum intentione illos perpetu

## Actus Dei liber non est partim extrinsecus. Sect. VI. 195

Taliis ab  
solere vide-  
tur liberta-  
tem.

IV.  
Volitio Dei  
libera debet  
esse vitalis,  
scilicet non pa-  
rte in ex-  
trinsecō con-  
fiteri.

Omnis pa-  
tentia vita-  
lis patet ha-  
bere perfe-  
ctionem ab  
intrinsecō.

V.  
Si Deus An-  
gelum pro-  
ducere ab  
eterno, idem  
in hac sen-  
tentia effe-  
tus agere &  
velle.

VI.  
Item in alia  
libero Dei  
funt tenden-  
tia & ter-  
minatio.

Voluntas Dei  
necessaria  
non est cau-  
sa cur res  
sunt futurae.

VII.  
Ulterius ostenditur voli-  
tatem Dei  
necessariam  
non posse esse  
causam re-  
rum.  
Quicquid antecedens  
futuritionem  
non est ma-  
gius volitio,  
quam no-  
tio.

petuò conservandi, habeo ex vi sua productio-  
nis physicæ, quod destrui non possint, nec divi-  
nus. Sequitur etiam animam quam Deus pro-  
ducebat ex intentione eam salvandi, gratia ornandi,  
& ad eum finem ut virtutem exercet &c. habere ex beneficio creationis aliud, non con-  
ducens tantum, sed antecedenter necessitan ad  
gratiam, gloriam, & exercitium virtutis: quod in hoc postremo non videtur stare posse cum lib-  
ertate.

Tertia impugnatio sententia actum Dei libe-  
rum partim in aliquo extrinseco statuerit, est:  
volitio siquidem libera, qua talis, esse debet vi-  
talis, & consequenter adaequatè intrinseca & im-  
manens, ergo ne partialiter quidem constituti potest per effectum vel actionem externam: sicut enim compositum illud non est substantialia, cu-  
jus una pars non est substantialia, ita illud compo-  
sum non erit vitale & immanens, cuius altera  
pars non est vitalis, nec immanens. Antecedens  
vero, quod scilicet volitio libera qua talis, esse  
debet vitalis, probatur: volitio enim libera ut  
libera, est exercitium potentia vitalis, quā quis  
vult vitaliter in actu secundo, ergo debet esse ex-  
ercitium vitale in actu secundo: sicut enim potentia  
vitalis ut sic petit in genere perfectionem  
suam habere ab intrinseco, ita talis potentia vi-  
talis, nempe libera, talem perfectionem petet  
habere ab intrinseco, liberam scilicet, ac fibi  
proportionatam, ergo id, per quod exercet liber-  
tatem in actu secundo, nequit esse quid extrin-  
secum.

Confirmatur: ponamus Deum aliquid pro-  
ducere ab æterno, Angelum exempli gratia vel  
solem, tunc idem realiter in hac sententia est velle  
& agere, est enim complexum ex entitate Dei in-  
trinsecō & effectu illi extrinseco: sed Deus in illo  
casu esset secundum hos autores realiter agens  
extrinsecē; ergo & extrinsecē volens, quod implicat.  
Hoc argumentum urget etiam de quo-  
cunque instanti, quo Deus in tempore rem ullam  
producit.

Dices: tendentia in hoc casu est vitalis &  
intrinseca, licet terminatio non sit. Contrà primò:  
tendentia & terminatio idem sunt, Deum quippe  
liberè intentionaliter tendere in objectum, seu  
effectum, est liberè ad illum terminari. Contrà  
secundò: per tendentiam Dei ad effectum reddi-  
tur effectus futurus: quero enim, unde prove-  
niat effectum aliquem esse futurum? non à se:  
nec enim rebus secundum se spectatis, quidquam  
habent per quod determinantur ad esse magis,  
quam ad non esse, nec cur hæc res potius futura  
sit, quam illa: neque etiam hoc habet à voluntate  
Dei necessariā; si etenim voluntas necessariā sit  
causa cur res sint futurae, cum causa sit necessariā,  
effectus similiter erunt futuri necessariō, effec-  
tus enim hac in parte semper sequitur naturam  
causæ.

Deinde, quicquid est in voluntate antecedens  
futuritionem rerum (stando in principiis hujus  
sententia) est ad summum complacentia in ea-  
rum possibilitate, seu prædicatis essentialibus; sed  
hac vel est equalis de omnibus, vel etiam major  
erga res multas non futuras, quam erga futuras;  
ergo nequit esse causa, cur hæc potius futura sunt,  
quam illæ, præsertim cum stare potuissest hæc  
complacentia cum negatione omnium, sive ex  
vi illius nulla omnino reddi res futura. Quic-  
quid ergo est in Deo antecedens futuritionem re-  
rum, non magis est volitio carum quam volitus,

nec efficax magis respectu mundi creandi quam  
non creandi: nisi ergo aliud aliud ponatur ante-  
cedens, præter voluntatem Dei necessariam,  
res nunquam erunt futurae.

Dices secundò: sicut hic paries, posito altero  
pariete, jam est illi simili, cùm antea non esset  
simili, ita posito effectu, jam potest Deus tran-  
fire de non volente liberè ad liberè volentem.  
Contrà primò: ut enim unus paries sit simili al-  
teri, nihil aliud requiritur, quam ut uterque exi-  
stat disparatè, nullaque inter eos est necessaria  
subordinatio. Secùs res se habet in actu libero:  
cūm enim res omnes sint effectus Dei liberè de-  
cendentis eas producere, volitio ejus libera est  
aliquid illarum futuritionis naturā antecedens,  
ut pote earum causa, & à qua habent, quod sunt  
futurae.

Tandem in hac sententia inquirō circa sci-  
entiam Dei liberam (eadem enim est de scientiā &  
volitione difficultas) quid in Deo ponant hi au-  
tores, quod in eo non posuerunt Ethnici illi,  
Cicero exempli gratia & alii negantes Deum ha-  
bere scientiam liberam, seu futurorum conti-  
gentium, & hoc nomine à Patribus reprehendun-  
tur: admittebant enim ipsi res in tempore con-  
tingenter produci, id enim varius mundi curius,  
perpetuaque rerum vicissitudo aperte demonstra-  
bat: admittebant etiam in Deo scientiam necel-  
lariam, sed hoc, & nihil aliud in Deo statuit hæc  
sententia, ergo in re nihil amplius in Deo po-  
nunt, qui hanc sententiam sequuntur, quam po-  
nebant illi, qui tamē à Patribus non confentur  
ponere fatus in Deo ad scientiam liberam, seu ob-  
jectorum contingentium, & ad terminationem  
illam ad res futuras, ergo Patres aliquam aliam  
in Deo terminationem ad hæc requirunt, per  
quam denominetur cognoscens futura.

Quarto impugnatur sententia volitionem Dei  
liberam statuens partialiter in aliquo extrinseco:  
multa namque sunt volitiones divinae, in quibus  
non videtur assignari posse diversitas ex parte ob-  
jecti. Et (ut omnian actus in primâ hujus sen-  
tentia impugnatione positos) in primis actus con-  
donandi peccatum extrinsecē, nullam in rebus  
creatis mutationem involvit. Dicunt aliqui in-  
volvere revelationem, vel ipsi cui condonatur  
peccatum, vel alteri factam. Sed contrà: aliud  
est condonatio peccati, aliud illius revelatio, ut  
suprà dixi in simili. Deinde, revelat Deus se  
condonare peccatum, ergo condonatio illa est  
objectum hujus revelationis, ergo revelatio non  
est condonatio, nec enim habet se pro objecto.  
Videatur sectio quarta, num. 6. 7. & 8. Ubi  
plura in hanc rem ex alia occasione sunt dicta.

Voluntali hunc actum dicere remissionem  
penæ. Sed contrà: aliud quippe est remittere  
penam, seu nolle punire, aliud condonare pec-  
catum: Deus enim de facto non vult punire  
demones, & animas damnatorum ob peccata in  
inferno cōmissa, & tamen non propter ea iis pec-  
catu*mis* illa remittit, ut Theologi omnes affirmant.  
Ulterius, sicut potest Deus condonare penam,  
seu nolle punire, & non condonare peccatum,  
ita econtrario non appetit, cur condonare ne-  
queat peccatum, non remisit penam.

Quia magis adhuc declarantur in peccato ve-  
niali, Deus quippe sapiens in hac vitâ remittere  
videtur peccatum veniale, nullâ parte penæ re-  
misſa. Quod clarissimum dicitur iis peccatis ve-  
nialibus constat, cum quibus justi decedunt, &  
in sequente tantum vitâ tolluntur; ergo etiam in  
peccato

VIII.  
Relatio pra-  
dicamenta-  
lis consistit  
in complexo  
non explicat  
quomodo  
voluntas  
Dei necessa-  
ria sit causa  
futuritionis  
rerum.

Hi Autores  
re ipsa nega-  
re in Deo  
videntur  
scientiam  
liberam.

X.  
In variis  
Dei volicio-  
nibus assig-  
nari nequit  
diversitas  
ex parte ob-  
jecti.

XI.  
Altius cōdo-  
nationis pec-  
catum: Deus enim de facto non vult punire  
demones, & animas damnatorum ob peccata in  
inferno cōmissa, & tamen non propter ea iis pec-  
catu*mis* illa remittit, ut Theologi omnes affirmant.  
Ulterius, sicut potest Deus condonare penam,  
seu nolle punire, & non condonare peccatum,  
ita econtrario non appetit, cur condonare ne-  
queat peccatum, non remisit penam.

XII.  
Peccatum  
veniale in  
hac vitâ  
sapiens remit-  
tit, panis  
illius non re-  
misit.

# TOMVS L 196 Disp.XXXVI. De actu libero Dei. Sect. VII.

*Anima in  
purgatorio  
punitur,  
remisa est  
p.*

peccato mortali remitti posset culpa, & tamen poena nullà ex parte remitti: non quòd tunc maneat illa macula, seu reatus intrinsecus ad peccatum, sed justissimè vult eum Deus punire ob culparum & reatum, non qui est, sed qui fuit. Unde Scriptura & Patres docent animas in Purgatorio & in inferno puniri propriè ob peccata, licet animabus in purgatorio peccata omnia primo instantie separationis à corpore sunt remissa: animabus autem damnatorum multa peccata mortalia in hac vitâ sèpe sunt remissa, quorum nihil minus postea poenam luunt in inferno, licet pars poenæ huerit cum culpâ remissâ.

XIII.  
*Argumentū  
de relaxa-  
tione voti  
Gjuratā.*

Idem est de relaxatione voti, juramenti &c. item de exhibitione concursus indifferentis, & similibus, quæ in hac sententiâ de actu Dei libero constituto partim per aliquid extrinsecum, vel non omnino, vel non nisi difficillimè intelliguntur. Alia multa contrà hanc sententiam affiri possent argumenta, & à quibusdam sine fine congeruntur, sed hoc ad eam refellendam abundè sufficiunt.

## SECTIO SEPTIMA.

### Vera opinio de actu libero Dei.

I.  
*Dificultas  
hic repri-  
tur, in quo  
mens acqui-  
scat.*

**E**X hac tenus dictis constat, quâm difficile sit aliiquid hac in re invenire, in quo mens acquiescat, mò quâm lubrica sint omnia, nihilque in quo firmiter quis figere pedem queat.

II.  
*Habendo  
pra oculi  
verba qua-  
dam S. An-  
selmi.*

Prius ergo quâm ultimam sententiam proponam (quæ licet difficultate etiam non caret, hanc tamen si quis cum aliqua probabilitate explicuerit, reliqua redduntur capti non ita difficultia) notanda qu'edam S. Anselmi verba lib. de Incarnatione c. 6. Ubi de mysterio Trinitatis, huic in difficultate affini loquens, si habet: *Si negat tria dici de uno posse, sicut nos in his tribus Personis, & uno Deo fatemur. quoniam hoc in aliis rebus non videt, neque in Deo intelligere valeat, sifistinat paulisper aliquid, quod ejus intellectus penetrare non posse, in Deo esse: nec comparat naturam, que super omnia est libera ab omni lege & loci, & temporis, & compositionis, rebus aliis, & credat aliquid in ea esse, quod in aliis esse nequeat.* Hoc ille: quia eo adduxi, ne quis illam in hac difficultate enodandâ claritatem expectet, quia in aliis sperari posset.

III.  
*Probabilis  
est actum li-  
berum esse  
Deo adequa-  
tè intrin-  
secum.*

Mihi itaque probabilius videtur actum Dei liberum esse quid ei adequate intrinsecum: ita Suarez Disp. 30. metap. sect. 9 & 1. p. lib. 1. de sententiâ Prædestinationis, cap. 15. & alibi frp: Albertinus in sexto principio, corollario secundo: *Tanerius 1. p. d. 2. q. 10. dub. 4. & ex recentioribus non pauci: videtur quæ esse mens Doctoris subtilis; unde Smifingus hanc sententiam tanquam à Scoti traditam defendit.*

IV.  
*Declaratur  
sententia  
statuens a-  
etum liberū  
Deo intrin-  
secum.*

Ässet itaque hæc sententia, ipsam indivisibilē & simplicissimam Dei entitatem, ratione infinita perfectionis quam habet, posse per se immediatè, nullo alio superaddito praestare, quicquid intellectus noster & voluntas prstant per actus realiter distinctos, seclusis imperfectionibus multiplicatis, distinctionis, mutationis, &c. hæc siquidem non procedunt ex conceptu libertatis ut sic, sed ex limitatione potentiae creatæ. Voluntas quippe seu volitio divina, ob infinitam illam perfectionem quam habet, licet omnino necessaria in essendo, est tamen libera in amando,

seu denominando. Unde eadem indivisibilis manens potest per eminentiam quandam extensionem, vel virtualem determinationem liberè se ad hoc objectum flectere, licet eadem omnino persistens potuisse non ad hoc, sed ad aliud se liberè determinare: eo fere modo, ac si albedo per se & sine ullo superaddito esset indifferens ad informandum, vel non informandum parietem. Hoc autem reperitur in volitione divinâ, utpote qua infinita, non in genere tantum entis est, sed volitionis.

Fundamentum autem cur hoc de divinâ voluntate affirmem, est primò, quòd maximam arguat perfectionem, sitque modus volendi Deo dignissimus, nec ulli, nisi naturæ infinite perfectionis communicabilis. Deinde, salvat propriam rationem actus vitalis, non minus autem perfectè vitalis esse debet actus liber voluntis divina, quâm nosfer. Cum ergo sit vitalis in actu secundo, id per quod constituitur talis, esse debet aliquid intrinsecum.

Tertiò hoc ostenditur: res quippe omnes, ut suprà diximus, sunt futuræ dependenter à voluntate Dei liberâ, qua tali; sicque antecedenter ad illarum futuritionem dari debet actus liber, seu volitio libera constituta. Sicut in creatis, quia volitio est causa motus manus aut pedis, necessariò esse debet prior motu, & nullo modo potest per eum constitui: antecedens, quòd scilicet res omnes sint futuræ dependenter à voluntate liberâ Dei, præter dicta sectione præcedente, probatur: Scriptura quippe & Patres ita clare affirmant voluntatem lib. ram Dei esse causam rerum omnium, ut sine manifestâ vi iis illatâ negari non possit: sic Psal. 113. v. 3. de Deo ait Prophet: *Omnia quecumque voluit, fecit.* Apostolus etiam ad Ephesios 1. v. 12. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.* Item Joannis 3. v. 17. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Deinde Sap. 11. v. 27. *Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses.* Quæ & alia in Scripturis passim reperta, clare ostendunt, voluntatem Dei non constitui per res externas, sed eas tanquam causam antecedere.

Nihil etiam apud Patres frequentius, quâm Deum velle, intendere, desiderare multa, caque ex hac Dei intentione, desiderio & affectu procedere. Hoc modo, ut plurimos omittam, loquitur S. Anselmus: & S. Chrysostomus Homil. 1. in Epist. ad Ephesios hanc ratione exponit verba illa Apostoli 1. ad Tim. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri:* ergo juxta Patres, res ipsa futura non ingreditur voluntatem liberam Dei, sed hæc ejus futuritionem tanquam illius causa antecedenter. Quare S. Thomas hic, q. 19. a. 4. ad 4. ait voluntatem Dei esse causam rerum, *ut est impervans*, ut talis autem constitui nequit per aliquid extrinsecum: & addit, ita voluntatem Dei esse causam futuritionis rerum, *sicut scientia est causa earum ut dirigens*, quod autem ad alicujus effectuonem dirigit, illud antecedat necesse est.

Quartò hæc sententia probatur ex aliarum impugnatione, præsertim quartæ, quæ nullo modo pro dignitate salvat Dei in volendo libertatem, multoque minus explicat quo pacto sit antecedenter ad rem quam caufat: & licet, cum effectus vel actio sit indifferens ad existendum & non existendum, utenque salverur qua ratione Deus liberè agat extrinsecè, non tamen qua ratione liberè velit; actus quippe liber voluntatis, quoad ultimum quod dicit, esse debet quid vitale & intrinse-

*Volitio dis-  
na, non in  
genera enti-  
tatum ill  
volitionis.*

V.

*Summa  
arguit in di-  
versa vola-  
tate perf.  
Eugenio, &  
liberatem  
adspici  
et intrin-  
cam.*

VI.

*Cum vol-  
to Dabu-  
ra sit causa  
rerum, &  
debet ibi  
causa.*

*Offensio  
volitionis  
Dei liberum  
esse causa  
rerum.*

*S. Thomæ  
Patribus  
hac in re  
subseruit.*

*Deus in at  
futurio  
succedit.*

*VII.*

*Decretu  
tres vola-  
tum liberum  
Dei in at  
futurio  
succedit.*

*S. Thomæ  
Patribus  
hac in re  
subseruit.*

*VIII.*

*Impugnat  
aliarum epo-  
nitionem pro-  
bat hanc &  
ampliatur  
dam.*

*Alind. &  
Deum liber  
ager extrin-  
secus  
sed, alius  
liber vult.*

**Intrinsicum**, tum quia actus ejus necessarius est  
ad eum intrinsecus, tum etiam quia libertas in  
nobis est quid ad eum semper intrinsicum: si  
ergo actus liber Dei sit pars quid extrinsecum,  
minus perfecto modo constitutur, quam noster.

**IX.**

*Propositio  
illa non est  
formalis,  
sed causalis.*

Differentia  
inter has  
duas propo-  
sitiones : Pe-  
terus peccat  
quia vult,  
¶ Petrus  
laborat quia  
vult.

X.

SECTIO OCTAVA

*Argumenta contendentia actum libe-  
rum non esse Deo adaequatè  
intrinsecum.*

**L**  
*Obj. Dens,  
mundum  
quem amat  
potuisse  
adisse.*

Deus in ef-  
fendo, &  
operando in  
finite perfe-  
ctus.

II.  
Obji. secundū  
natura poten-  
tial liber-  
est, ut possit  
operari &  
non operari

*In quibus  
ad volendū  
necessaria  
sit actio phy-  
sica.*

**O** B I C I E S primò: Deus, qui jam amat, & vult hunc mundum, potuisset cum non amare, sed odisse, non ergo cum amat purè per suam entitatem intrinsecam, hæc quippe semper eadem est, & immutata. Respondetur negando consequentiam: voluntas quippe Dei, ratione infinite perfectionis, potest per suam entitatem indivisibilēm solam, quod voluntas creata per diversos actus, realiter distinctos, utpote quorum, ob limitationem, eget administriculo: Deus autem per se intrinsecè & adæquatè, ut in effendo, ita & in operando est infinitè perfectus.

Objícies secundò: potentia libera est, quæ pos-  
sit omnibus requisitis, potest operari & non  
operari, ergo si Deus nunc amat, cum potuerit  
non amare, actum aliquem habeat necesse est,  
quem antea non habuit, vel falso quo pro priori  
naturæ carere potuisset. Respondeatur vel esse  
sermonem de operatione physicâ, vel intentio-  
nali, seu grammaticalı, ut aiunt: si de primâ lo-  
quamur, non est de essentiâ potentia libera ut  
sic operari physicè quando amat aliquid, aut odit,  
sed hoc potentia tantum libera creatæ competit,  
ob limitationem & indigentiam. Et hoc codem

modo urget in volitione necessariā, hæc enim in  
creatūs est semper actio physica, realiter distin-  
cta, non tamen in Deo, ut est manifestum.

Si verò fermo sit de operatione intentionalis,  
hac quidem tam in Deo est, quam in creaturis,  
alio tamen & alio modo ; in creaturis siquidem  
est qualitas, in Deo substantia ; in creaturis quid  
est ab iis realiter distinctum, in Deo nihil præter  
ipsam ejus simplicissimam entitatem ; in creaturis  
finita & limitata, ita ut pro variis objectis varie  
dent cogitationes seu actiones intentionales sibi  
invicem, prout objecta occurunt, succedentes,  
in Deo autem una tantum est, ea quæ aeterna, &  
in essendo necessaria.

Hoc tamen Dei operatio ob suam illimitatam perfectionem, per quam aequivaler, in infinitis superat omnem istiusmodi operationem creatam, est volitus omnium rerum, sed modo longe altiori hoc praestat, singula enim haec objecta vult & attingit cum eminentie quādam potestate non attingendi: sicque esto necessaria sit in essendo, libera nihilominus est in denominando, & ita se extendit ad hoc objectum, ut potuerit eadem manens noui se ad illud extenderet. Hoc autem verum habet, sive volitus divina sit, etiam ratione nostrā indivisibilis, sive in ea sint diversae rationes, seu conceptibilitates, & principia formalia, quorum singula objectis singulis, vel etiam diversis modis tendenti in objecta creata seu secundaria respondent, ut vult P. Hetice hic, Tract. secundo, Disp. 17. cap. 2. num. 19. Unde, inquit, quando Deus vult hoc objectum, Petrum exempli gratiā, extendit se, formaliter loquendo, sola volitio, seu principium formale, quod correspondet Petro, & sic de aliis. Licet in hoc, quæstio forte sit de nomine.

Obiectio tertia. Entitas Dei est necessaria in  
essendo, ergo & in denominando; denominatio  
enim, seu effectus formalis aliquis formæ,  
nihil aliud est, quam forma in subjecto apto,  
vel quasi subjecto. Respondetur negando con-  
sequantian: ad probationem distinguo ante-  
dend: effectus formalis forma omnino necesa-  
ria nihil aliud est quam forma in subjecto apto;  
concedo antecedens: effectus formæ, quæ est in  
operando seu denominando libera; nego ante-  
cedens. Verum est quidem in creatis nihil re-  
periri hujusmodi, est enim nimia perfectio, &  
creatura non concedenda, sed illius naturæ pro-  
prium est, quæ, ut Sectione præcedente num. 2.  
vidimus ex S. Anselmo, super omnia libera est ab  
omni lege: & ut dicebat S. Augustinus Sectione 1.  
num, non citatus, singularis est, & sine exemplo.  
Est ergo, & denominare sunt hic realiter idem,  
virtualiter diversa.

Unde in hac etiam naturā fallunt alia principia, quæ Philosophis, sese intra rerum merē naturam terminos continentibus, visa sunt natura lumen evidētia: ut: *Idem manens idem, semper est septum facere idem*: magis enim evidēs est, Deum sibi liberè velle sine mutatione, quād hoc principium esse verum: Quare in divinis evidēs vide-  
tur non tenere, sed in iis tantūm naturis, quæ non  
sunt virtualiter infinita, qualis est natura divina,  
ut nulli limites sunt præscripti, sed per se omnia  
potest, quæ intellectus & voluntas creatæ fa-  
ciunt per actus distinctos: quod est Deum conti-  
nere perfectiones rerum creatarum, seclusis imper-  
fectionibus. Quæ magis constabunt ex dicendis  
numeris sequentibus.

III.  
*Diversitas  
inter opera-  
tionem in-  
tentionalis  
in Deo, &  
in creaturis.*

IV.  
adēm in-  
visibilis  
et volitio,  
dres omnes  
ninetissi-  
o modo  
conditusr,

onceptibili-  
ates, seu  
incipit  
malia  
versa in  
lumentate  
vinum.

v.

*lta in  
reperiū-  
creatis-  
ion con-  
nda.*

VL  
n ma-  
idem,  
per est  
m face-  
em:  
odo  
ligen-

卷之三

# TOMVS I. 198 Disp. XXXVI. De actu libero Dei. Sect. VIII.

VII.  
Explicatur  
axioma si-  
lud: Nihil  
transire po-  
test de con-  
tradictorio  
ad contra-  
dictorium  
sine medio.

Idem est de illo alio principio: Nihil transire potest de contradictorio ad contradictorium sine medio, seu mutatione reali: hoc enim axioma verum est in rebus tantum creatis, utpote limitatis ac finitis, non in natura infinita, & virtualiter multiplici; haec enim ob illimitatam perfectionem potest per suam entitatem indivisibilem, quod naturae creatae per mutationem realem faciunt, & actus diversos: & hoc nobis solo fidei lumine innescat. Unde Aristoteles, ex cuius doctrinâ, haec & similia principia sunt defuncta, quia de Deo ad mensuram & modulum rerum creatarum philosophari volebat, turpiter circa ejus libertatem lapsus est, dicendo Deum operari ex necessitate naturae.

VIII.  
Non minus  
ob mysteriū  
actus liberī  
Dei negari  
potest prin-  
cipium ali-  
quod natura-  
rale, quam  
ob mysteriū  
Trinitatis.

Cum ergo plurimi ex Theologis, & inter alios Herice, Zunega, Tannerus, Hurtado, & Suarez lib. 1. de Trin. cap. II. num. 20. affirmant principium illud, Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, solummodo tenere in rebus finitis, non in natura divina, ratione infinita ejus perfectionis, virtualitatis, & eminentiae: quidni, cogente similitate fidei, principia etiam quedam naturalia negare fas erit, cum iuxta Theologos communiter par esse censetur in utroque mysterio difficultas: quidni, inquam, quis hoc præstet, maximè cum Valquez, ut vidimus, ut suam opinionem defendat, de libertate Dei constituedit per aliquid extrinsecum, fateatur admittendum esse circulum vitiosum, quod tamen omnes summum censem inconveniens. Imò actum vitalem & liberum constitui per aliquid extrinsecum, non minus mirum videatur, quam vel explicari, vel negari unum aliquod ex principiis supra positis.

IX.  
Entitas di-  
vina per se  
adquasi-  
tus & amor  
& odium.

Deno-  
mina-  
tio manet  
potest in ra-  
tione emita-  
ti, non in  
ratione de-  
nomina-  
tio-

Voluntas di-  
vina est in-  
finita, non  
in esendo  
tentium, sed  
terminando.

Entitas ergo divina jam est quicquid unquam fuit, aut esse potuit: Unde est entitativus amor & odium omnis objecti, respectu cuius esse potuit aut amor aut odium. Licet autem non potuerit non esse entitativus tum amor tum odium, potuit tamen non esse denominative: & hoc est quod dicunt alii, potuisse non esse in ratione denominationis, non in ratione entitatis. Quare manere potest entitas, qua est denominatio, & nihilominus non manere sub ratione denominationis, seu non denominare. Si quis autem querat, quid superaddat denominare, præter essentiam Dei, seu entitatem illius denominationis: respondeo nihil superaddere, sed esse indivisibilem, & simplicissimam entitatem Dei realiter, virtualiter tamen multiplicem: quare idem hic est realiter, esse & denominare, virtualiter tamen diversum: & in hoc situm est mysterium actus hujus liberi, quod scilicet possit Deus ratione infinita sua perfectionis, per quam res omnes creatas, earumque virtutem superaret, terminari, seu virtualiter si extendere ad volendum, exempli gratia, creare Petrum per formalitatem resipientem Petrum, ut cum P. Herice loquuntur multi, & transire ab uno ad oppositum, sine illa mutatione: & hoc ostendit voluntatem Dei esse infinitam non in esendo tantum, sed terminando: estque virtualiter multiplex per-

fecissimo modo, quique nulli rei create quest competere, in quo summa Dei eminentia consistit.

Dices: ergo codem modo quavis in Deo admitti possunt contradictoria. Nego consequentiam: nec enim sequitur, unum aut alterum, co-gente fide, agnoscere in Deo debemus mysterium; ergo possumus animi gratia quavis in eo fingere pro libito, sicut nec ex eo, quod relations in divinis distinguantur inter se realiter, possumus id inferre de aliis attributis. Si nihilominus fides id assereret, aut alia etiam de Deo revalaret, que in eo forte sunt, non minus difficulta quam Trinitas & actus liber (quidni enim, sicut mysterium Trinitatis latuit per multis annos ignotum, ita & latere alia possunt, vel æque, vel magis fortasse difficultia) varias inrent vias Theologia explicandi ac defendendi, quas jam putant planè impossibilis.

Dux aliae solutiones adhiberi à nonnullis solent, XI. quas tamen puto in re eodem cum hac nostrâ re- Diuina-  
cidere. Primò ergo aliqui, dum dicitur volitio- qui autem  
liberum, quā Deus vult mundum, potuisse non esse, Deus vult  
respondent potuisse non esse secundum quid, mundum  
non tamen simpliciter: non esse autem secundum potuisse  
quid, idem esse autem, ac potuisse non esse quod  
denominationem, seu potuisse non denominare. Et hoc, inquit, est potuisse non esse, etiam rea-  
liter secundum quid: potuisse autem non esse real-  
iter absolutè & simpliciter, est, inquit, potuisse  
non esse quod ipsam entitatem realem: hoc autem,  
& merito affirmant derogare summa Dei perfec-  
tioni, non enim esset en actus liberum necessarium,  
nec satis salvaret ejus simplicitas.

Alii secundò virtualem quandam in Deo ponunt XI. contingentiam, & in hac rationem actus liberi Quiam  
constituentur. Tandem tamen in nostram senten- actus liberi  
tiam incidunt, & contingentiam illam, in denomi- liberum ap-  
nando tantum esse autem, non in essendo, ne incur- placant per  
varius con-  
tingentiam. In sententiam Cajetani.

Hic tandem adverto facilius defendi scientiam tiam. XIII.  
liberam in Deo, quam liberam ejus volitionem: ad illam enim semper inveniemus extrinsecum ali- minor &  
quod sequatur. Licet ergo hic etiam sit difficultas, non tamen tanta ac in voluntate, cum ea quae in ea in ex-  
possint volitiones, ut supradictum est Sect. 4. quidni  
num. 2. 3. 4. & 5. & Sect. 6. num. 10. & sequen- liberi co-  
tibus.

Hæc sunt, quæ in spinosissimâ hac difficultate de XIV.  
actu libero Dei dicenda habui, eaque discendi po- minor &  
tius quam docendi studio proposui, paratus, si quis  
probabilem nodi hujus dissolvendi viam ostendit, his reliquis, in ejus migrare sententiam, nihil  
que mihi accidet gratius, quam hæc omnia refutata  
cernere, modo inde celeberrimæ huic questioni  
lucis aliquid accrescat. Si quis autem omnes hac  
de re sententias rejeget, earumque fundamenta  
everga videre cupit, & nihil tandem stabilium,  
reique per se obscura & abditæ novas tenebras of-  
fusas, habet quos consulat.

DISPV-